

IULII FRONTINI

DE AQUAEDUCTU URBIS ROMAE

COMMENTARIUS

Cum omnis res ab imperatore delegata intentiorem
exigat curam, et me seu naturalis sollicitudo seu fides
sedula non ad diligentiam modo verum ad amorem quo-
que commissae rei instigent sitque nunc mihi ab Nerva
5 Augusto, nescio diligentiore an amantiore rei publicae
imperatore, aquarum iniunctum officium <cum> ad usum
tum ad salubritatem atque etiam securitatem urbis per-
tinens, administratum per principes semper civitatis
nostrae viros: primum ac potissimum existimo, sicut in
10 ceteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. neque 2
enim ullum omnis actus certius funda<men>tum credi-
derim, aut aliter quae facienda quaeque vitanda sint
posse decerni, aliutve tam indecorum tolerabili viro,
quam delegatum officium ex adiutorum agere praecep-
15 tis, quo<d> fieri necesse est, quotiens inperitia praepo-
siti ad i<ll>orum decurrit usum, quorum etsi necessa-
riae partes sunt ad ministerium, tamen ut manus quaedam
et instrumentum agentis . quapropter ea quae ad
universam rem pertinentia contrahere potui, more iam
20 per multa mihi officia servato in ordinem et velut in

Incipit plogus iulii frontini in libro deaqueductu urbis ro-
mae C 6 cum *addidi* (tum *add. cod. Urbin.*) 8 civitatis
(ceivitatis *Haupt*) celuitatis C 11 fundatus C 15 quo C
15/16 p̄cosit ei adi (2 *litt. spat.*) orua decurrit C (*em. Schul*)
18 agentis (5 *litt. spat.*) Quapp̄ C (esse debent *suppl. Joc*)
20 hordinē C